

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 13

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

C. 9. ff. h. ut rem furtivā, si extet, cum
fruitibus l. 8 ff. h. vel si non extet, iustam
estimationē praestet.

Lib. 13. 44

Q. 2. Quae actio praestanda? R. que
semper fuit maxima, adeo ut id quanti
plurimum valuit, a die commissi furti usque
ad diem condemnationis exigere queat, quia fur
semper in mora est l. 8 §. pen. ff. h.

Q. 3. Annon sit nimis durum, quod heres
teneatur in solidum licet nihil ad eum
pervernerit? R. est. quidam hac actio ex de-
licto nascitur; tamen quia rem ^{proprie} perse-
quitur, l. 9. ff. h. in heredem competit, et
ob singulare odium furti constitutum ut
heredes in solidum, licet nihil acceperint,
obligentur.

Tit. 2.

De condicione ex lege.

Q. 1. Quae est conditio ex lege? R. est actio
in personam, qua datur ex nova aliqua lege
qua obligationem introducit, sed non expressit
qua actione sit agendum, l. un. ff. h.

Q. 2. Quae sunt species harum actionum?
R. sunt variae: Ut si quis agat ex lege
diffamari, ex contractu emphiteutico variae
ob causas, l. pen. et ult. c. de iure Em-
phyt. Ex donatione solo pacto facta
l. 35 §. fin. c. de donat. ad rescindenda
venditionem, vel ea ad aequalitatem in pre-
tis redigenda ob enormem laesionem ex l.
2. c. de rescind. vendit. Ad supplemen-
tum legitima ex l. 30 c. de inoffic. testam.

Tit. 3.

De condicione Fideiuciarie:
Q. Quae sit conditio Fideiuciarie? R. est

Dicitur facta commemoratio hujus loci C. ut
sent. judex propter varia in diversis locis
rerum petita arbitretur, quid intersit alio
loco rem proutari l. 3. ff. h.

Lib. 13. 45

Dicitur, alibi petatur, quae puta in loco domi-
ciliis debitoris vel ubi conventio facta est. l.
ig. §. fin. ff. de judic. l. 1. 2. et 3. ff. de reb.
vel. auth. judic. possid. Ita tamen ut peti possit, ut
alibi solvatur v. g. Roma, quod debisset solvi Vienna.

Q. 2. Quid si promissio sit facta alterna-
tive duobus locis, uti Roma aut Capua solvam?

R. Et si in alternationis electio sit promissionis seu
debitoris l. 2. ff. de jur. dot. attamen quia ei dare-
re potestas perpetuo eludendi Creditorem, data
est hoc casu electio creditori. l. 2. §. 3. ff. h.

Quod per hoc tamen non negamus ^{quia} reus
ante petitionem solvere possit, quo loco velit
d. §. 3.

Ceterum hanc actionem, ut hic ait Bejer,
nullig esse utilitatis inde patet, quod olim
non obtinuerit, in judiciis C. G.; ut iam diximus
hodie vero actiones stricti juris ab iis non
differunt, utrobique enim judex pro circumstan-
tiis terminos conventionis ex aequitate exce-
dere potest.

Tit 5.

De pecunia constituta.

Licet pacta nuda non de jure civili non
pariant actionem, si tamen quis nudo pacto
promittat se soluturum, quod ipse vel alius
antea aut ex pacto nudo, vel quacumque alia
causa debet, talis constitutor actione de cons-
tituta pecunia à praetore aequitate naturali
ob geminatam promissionem ad prius debitum moto
introducita conveniri potest. §. 8. inst. de act.
Itaq;

Lib. 13.

Q. 1. Quid sit constitutum? R. est conventio, qua quis nudo pacto promittit solvaturum, quod ipse, vel alius debet ex ~~pacto nudo vel ex~~ alia praecedenti causa.

Q. 2. Quare, introductum sit constitutum, R. cum sufficere possit fidejussio?

R. magnum esse discrimen inter constitutum et fidejussorem; nam fidejussor tantum ad alienam obligationem accedit et obligatur non aliter quam mediante stipulatione constitutum vero interponitur de suo vel alieno debito, et nudo pacto fieri potest. l. 1. §. 4. ff. h.

Q. 3. De quibus rebus fiat constitutum?

R. Licet pecunia tantum fiat mentio, nihilominus hoc constitutum ad omnes res extendi debet l. 2. §. 1. C. h.

Q. 4. Quomodo fiat constitutum? R.

semper praesupponi debet debitum, sine naturali tantum sine naturali et civili, l. 1. §. 6. et pen. ff. h. sine contractum pure sine in diem sine sub conditione, l. 2. C. h. ~~Potest praeterea fieri~~ Nec opus est, ut certa quantitas exprimatur, modo ad eam iam priori promissione, ^{vel} causa determinata relatio fiat. l. 20 ff. de depof. Potest praeterea fieri inter absentes per nuntium, aut literas.

Q. 5. possit ne inventor creditor invitatus cogi, ut ante diem ex constituto recipiat debitum? R. Id negare nonnulli, per l. 19 ff. h. sed cum regulariter sit receptum ante

diem solvi posse, l. 38 §. 16 ff. de v. o. hinc
nihil novi in hac conventione statuendum est;
nisi specialis aliqua ratio iudicem moverit.

Porro ut rursus hic ait Bejer. hujus tituli esi-
guus est usus, eo quod hodiernis moribus etiam ex
nudo pacto actio descendat.

Tit. 6.

Commodati vel contra

Quid sit commodatum dicitur in inst. l. 3. §. 15
romae et in jur. con. §. 19. lib. 3. Nunc

Q. 1. In quibus rebus consistat? R. In mobilibus et
immobilibus, imo et in pecunia l. 4. ff. h. non tamen
in iis, quae usu percunt, quia in his est vel quasi
usufructus, vel mutuum.

Q. 2. An ante usum revocari possit res commodata?
R. Neg. nisi ob causas, ex quibus revocari potest
Locatio

Q. 3. Quid juris, si quis pluribus in solidum rem
commodavit? R. agit ~~etiam~~ contra singulos etiam
in solidum, tam ad rem restituendam, quam ad danum
prestandum. porro restituenda est in loco contrac-
tus, si pluribus commodatariorum.

Q. 4. Si ingruente periculo, è quo res propria et
comodata simul eripi nequeunt, quana prefe-
renda? R. Commodata propriae aliisquae esti-
matio perditarum restituenda, Bejer. h. Wiedm.
nigg. Si tamen res commodata sint viliores propriae,
suae propriae preferri possunt, ita tamen, ut praestetur
aestimatio deperditarum deperditarum, ubi vide-
licet commodatum cadit solum in utilitate commo-
datarii. Wiedm. hinc n. 49 Struv. exere. ig. thesi 8.

ita probabilis
contra com-
muniorem

Q. 5. sed Quid dicendum erit, si commodatum
in utriusque tam comodantis quam commodatarii ce-
dat? R. quod commodatarii coeunte casu
quodam inopinato v. g. incendii, naufragii (res
suae aequae pretiosas, et multo magis pretiosio-

Lib. 13.

res relictis commodatis cum nullo restituenda esti-
mationis onere eripere possit. Id ipsum quoque et
magis affirmari potest, si commodatum gratie
commodantis tantum sit celebratum. Ratio est
quod quisque sibi proximus sit, et se potius quam
alium diligere fas sit, Abbas ad c. 2. n. 1.
de depof. Vid. Widm. h. n. 42. et seqq.

Q. 6. Quid juris, rursus dicendum, si Damnum in
re commodata ab aliquo tertio illatum sit?

R. id accideri debet casui fortuito, qui praes-
tari non solet, exiit tamen, nisi tale Dam-
num factum aut culpa commodatarii imputari
possit videlicet, si rem custodire potuisset l.
41 ff. de Locat. vel si Damnum propter ejus
inimicitias cum tertio antea habitas contigisset
l. 25. §. culpa ff. Locat. modo tamen inimicitia
culpa eius commodatarii sint exorta, Bejeri h.
n. 30 et seqq.

Titulus 7.

De pignoratitia actione, vel contra.

Pignus quandoque jus in re denotat, ut dicitur
in l. 20. quandoque rem ipsam oppignoratam
v. g. si dicatur pignus vendi, vel repati. Hic
vero denotat contractum de quo inst. l. 3. tit. 15.
iam diximus. Verum non hic de eod. ipsis contrac-
tu sed de actione qua ex tali contractu desen-
dit, nobis agendum est. Unde

Q. 1. Quam actionem ex contractu ^{pignoratitia} res-
catur? R. duplex. Directa scilicet pignoratitia
et contraria. Directa est, qua qui rem pignori de-
dit, ^{nempe} debitor, soluto debito, aut alia satisfac-
tione praestita agit adversus creditorem, ut rem pigno-
ratam restituat, et Damnum circa eam sua culpa
sua refarciat l. 10. et seqq. C. h. Contraria est,
qua datur Creditori adversus debitorem, ut quid-

F. forte

quid ipsi ratione pignoris abest siue ratione surp- Lib. 13.
sum, siue quia ex tali pignore dānū passus est, pās- 47
setur

Q. 2. Quid petatur ha directa actione? Non tantum res
oppignorata, cum damno refarciendo ut diximus, sed etiam
fructus, quos creditor perceperit, vel percipere potuit, ubi notandū quod
fructus, ratione debitorum minuant, l. 3. c. h. et si
sufficiant ad totum debitum, soluitur actio, et reddi-
tū pignus, si uero debitum excedant, qui supererunt,
redduntur peti et reddi debent mota hac actione l. 1.
et 2. c. h.

Q. 3. Sed quid, si conueniant de antichrysi?

R. Contractus Antichryses, quo debitori concedi-
tur facultas tandem lucrando fructus pignoris
donec sibi à debitore restituantur mutuum aut
usurarius, quia in eo exigitur lucrum supra
sortem ut mutui; hinc licet locum habeat in iure
civili, l. 11 §. 1. de pignor. abtamen iure canonico re-
probatur; nisi ob damnum emergens, et lucrum cessans, et
et similes alias causas, quibus usura per aliquid ultra
sortem peti potest, fructus retineantur.

Q. 4. Quid iuris si res aliena oppignorata fuerit?

R. si durante pignoris vinculo res à Domino euin-
catur, dabitur actio pignoratitia contra oppi-
gnorantem, ut aliam rem equivalentem pignori
substituatur. Quod si non euincatur, oppignorans
soluto debito illud repetere potest, nec creditor ex-
ceptionem deficientis Domini opponere potest.

Q. 5. An contra tertium possessorem hac actio pi-
gnoratitia detur? R. de iure civili non datur
sufficit quia à tali possessore res est vindicanda
per actionem realem, at de iure canonico etiam
hac actio personalis conceditur par. c. 10. de pign.

Q. 6. quā culpā praestet creditor? R. leuem
quia contractus pignoris tam in debitoris, quā credi-
toris utilitate cadit.

Lib. 14.

Q. 2. Quot annis prescribatur hac actio?
R. Debito non soluto nullo tempore prescribitur,
quia antequam solutum sit debitum, non potest age-
re debitor, et contra non valentem agere non currit
prescriptio l. 1. l. 2. C. de annal. prescript. Solu-
to vero debito longissimi temporis prescriptione res
amittitur arg. l. 10. ch. et l. 3. C. de presc. 30 vel
40 ann.

Liber 14

De exercitoria actione

Quid sit exercitoria actio dicitur in inst.
l. 2. §. 1.

Absolutis quibusdam actionibus directis adversus
ipsum, cum quibus contractum fuit, proditis, le-
gem compilatores in hoc et seq. libro sub-
iiciunt aliquas actiones obliquas, contra alium
quam contractentem, competentes et harum pri-
mum locum obtinet actio exercitoria regu-
lariter sub his aut similibus verbis defini-
solita, quod sit actio personalis, obliqua
exercitoria competens ex contractu Magistri, con-
tra exercitorem navis. ¶

Quis sit Magister, et quis exercitor ^{explorari} dicitur
solet in inst. l. 2. §. 1. plura hinc dicere superse-
demus, cum ut bene ^{hic} notat Bejer. ista actio-
nes hodie usum non habeant, eo quod ex
magistrorum ¶ contractibus directe tenentur.

Tit. 2.

Ad legem Rhodiam de jactu

Premisso actionis exercitoria genere, qua subve-
nitur contractentibus cum magistro, nunc subsidium